203.

Gratiam, pacem et vitae innocentiam a domino. Cum Sebastianus ille Abbatiscellanus frater
ad vos divinus praestinaret reditum, senatusque me tabellioni mitteret, nolui ut is vacuus
te inviseret, tametsi te dignum nihil habeam, quod scribam. Omniaque, quae velim nova
circumferimus hinc inde, apud vos longe sint certiora quam apud nos. Ea tamen quae nunc
me maxime urgent, in sinum tuum quoque effundam. Successui durum nemo non congra-
tulatur apud nos, paucissimique sunt, quibus et si doleat, tamen sibi ipsis doleant oportet.
Interea audimus quattuor etc. apud vos concionatores Lutheranos, qui quotquot in Helve-
tiis doctrinam praedicant, fratres dedignantur agnoscere; hi nimirum sigillabunt cum Luthero Brentio
Toto Saxone, principibusque, ne meam de Eucharistia veritatem admittant. Quid hic futurum crediderim
quam dissidium exitiale tam ecclesiarum quam totius Germaniae. Ex nostris unus his diebus tota
fere Wittenbergam perambulans, hunc de certo rumorem circumferri retulit, parato
bello, disputationem futuram cum papistis et Lutheranis in Wittenberga. Jam ipse [illegible]
apud nos ~~[illegible]~~ expectatum olim habuisti. Ubi ecclesiae in omnia fuerint eruditae, et solidissi-
mis edocti, plus offensas ex concionibus illorum, quam erudiri. Nobis enim ad summa durum fortuna
et victoria, summum videtur imminere periculum. Laboravit aliquot iam annis Bucerus pro con-
cordia, quam non impetraverit, ad eam rem felicissimus, quod spei nobis reliquum. Gaudebit
nimirum Lutherus ansam iam sibi datam extirpandi et confundendi [illegible] iniuros.
Connivebunt principes propter Saxonem, etiam aliter edocti de [illegible] [illegible] eorum. Hoc unum
igitur cum te latere nollem, obsecro perpendas, et advertas summum quod facile poteris
per tuos promoveri studeas, ne improviso adobruamur nostris ecclesiis et veritate [illegible]
cogitemus quibus possimus tanto malo occurrere, prius Lutheranos ad [illegible] [illegible]
prius occupari. Nam et Otherus me ex Esslinga id monuit. Monui hunc de ego,
[illegible] Bullingerum, nec monendo quoque cessabo. Ceterum cum ad vos mittat Tabellionem
cum nesciam, tu vel uno verbo subindica. Vereor ne aliena fortuna sit, nobis omne malum
timemus. Vale, valeantque ecclesiae tuae ministri et pii omnes. Libellum tuum exscripsissem iam
demum, quem audio a Seb: te absolvisse [illegible]. Vale. 3. Julii Anno 34.

Tuus quantuluscumque est
Berchtoldus Hallerus.

D. Joachimo Vadia
no eximię pietatis, doctrinę
et eruditionis viro, apud
S. gallenses consuli
maiori suo cum primis
obſdo